



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XXXI. Markgraf Ludwig gestattet dem Henning und Arnold von
Uchtenhagen, eine Feste zu bauen, die dem Markgrafen offen stehen soll,
am 2. Januar 1341.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

XXXI. Markgraf Ludwig gestattet dem Henning und Arnold von Uchtenhagen, eine Feste zu bauen, die dem Markgrafen offen stehen soll, am 2. Januar 1341.

Ludovicus etc. Henningo, Arnoldo, fratribus, dictis de Uchtenhagen, castrum sine munitionem, ubicunque vobis in eisdem comperierit, erigere, construere et firmare pro vestro bene placito voluntatis, vobis facultatem plenariam dedimus, donavimus et duximus concedendam. Contulimus eciam vobis, heredibus quoque vestris ipsam munitionem iusti pheiudi titulo et vobis perpetue possidendam, tali tamen condicione interposita vel inclusa, quod vos cum dicto castro nobis, mandatis et iussionibus nostris, officiorum nostrorum quorumcunque singulis nostris et ipsorum necessitatibus et indigenciis quibuscunque, cuiuscunque status vel condicionis fuerint, prompte pareatis et sine suggestione doli omnibus fideliter perpetuis temporibus intendatis. Nolentes eciam dictum castrum cuiquam preter nobis, heredibus et successoribus nostris vel uni vassallorum vel subditorum nostrorum a vobis vendi vel permutari, si vos vel heredes vestros vendere vel permutare continget, quod absit, quin nobis eandem fidelitatem et promptitudinem debitam et solitam debebit et tenebitur exhibere. In cuius etc. Datum Spandow, anno domini MCCCXLI, in crastino circumcissionis domini.

Aus Diefmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives fol. 176.

XXXII. Markgraf Ludwig befehlt Ludwig, Lampert und Hasso von Wedel mit einem Vierteltheile des Landes Pencin, am 29. Juni 1341.

Noverint etc. Quod nos etc. Contulimus et presentibus conferimus iusto collationis tytulo sine nomine quartam partem terre dicte Pencin cum singulis et vniuersis suis pertinentiis ex antiquo vel ex iure eidem pertinentibus, strenuis viris Ludowico, militi, Lamperto et Hassoni, fratribus, dictis de Wedel, fidelibus nostris dilectis, sub formis, modis, conditionibus et iuribus, quibus ad nos legitima deuolutione deuoluta est, sine inquietatione qualibet pacifice possidendam. Pro qua quidem collatione in sexingentis marcis paruorum denariorum Slaualium nobis satisfactum fore publice recognoscimus ab eisdem. In cuius etc. Testes vero sunt Swartzburg, Wolfsteiner, Hartmudus, magister, milites etc. Datum Wolenberg, anno predicto, feria sexta proxima ante Petri et Pauli.

Nota Litteram non habent.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (f. C. 4 in quarto).